Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1591
Quelle:
Copyright:

Laur. col. 89. et *Bibl. Medic. Laur.* T. V. *col.* 340. Hujus porro Verſionis Editiones novi *Florentinas* 1585. 12. 1661. vel 1662. 12. 1734. 4. et *Neapolitanam* 1722. 12. in cujus Praef. lego, *Gerium* illum ultra an. 1309. ſuperfuiſſe, unde Verſionis aetas aliquatenus cognoſcitur. Ut vero ad *Tabulam* redeamus, probe conſonat ea cum Editis, ſed excidit folium *Diſtinctiones* ab XI. ad finem XXII. complexum, neque continuo Opus ipſum ſequitur. Audi enim: *Maeſtri Sauj antichi vollono che per due vie principali poteſſimo racquiſtare el ſommo bene ilquale per la inuidia del nimicho de la humana natura haueuamo perduto. Le quali vie ſono queſte. Virtus et Sapientia. Et perche io ſento lo intellecto noſtro deſideroſo dalte et noteuole choſe. Pero ti ſcriuo queſto librecto el quale chiamo* Roſarium odor vite *cio e, roſaio odore de la Vita* &c. Alium igitur Tractatum interjectum habemus, in quo de VII. Virtutibus: *Prudentia. Temperantia. Forteça. Sperança. Fede. Juſtitia et Carita* ex adductis S. Scripturae, Patrum et Philoſophorum autoritatibus per LXXIX. *Capita* diſſeritur. Norunt *Roſarium* iſtud Academici editores Vocabularii *della Cruſca* dicti, eoque uſi ſunt, ut habes edit. *Florent.* 1729—38. T. VI. et ult. et p. 71. *not.* 262. videntur dicere, impreſſum fuiſſe ad calcem Tractatus *del Governo della Famiglia d' Agnolo Pandolfini, Florent.* 1734. 4. quod adfirmare nequeo, cum Tractatus ille ad manum non ſit. Interim illis etiam tacentibus mihi credibile fit, *Roſarii Vitae* autorem eſſe *Bartholomaeum Piſanum*, quod et methodum ejus refert, et inter media ejus opera in Codice noſtro interceptum eſt. Nam continuo

Fol. 28. p. 2. *Incipit teſtus memoriæ artificioſe Vulgariter* (dictus) *Marci Tullij Ciceronis. s. ſuper quandam partem rectborice.* Videlicet ſupra L. III. *ad Herennium n.* 16. qui incipit: *Memoria utrum habeat quidquam* &c. Editam hanc verſionem fuiſſe ad calcem *degli Ammaeſtramenti degli Antichi* nomine *Bartholomaei* noſtri a *Mannio Flor.* 1734. 4. doceor a *Paitono* in *Bibl. degli Aut. ant. volgariz.* P. I. p. 119. qui *Mannium* carpit, quod dicere maluerit *Paraphraſin*, qualem tamen eſſe αὐτοψία docet; nam et in *Praef.* quae incipit: *Manifeſte ragioni aſſegnano i ſauj phyloſophi* &c. promittit *Bartholomaeus: de la rectoricha di Tullio et daltri decti di ſauj cogliere certi fiori*, et per decurſum *Bartholinum* quendam iterato excitat, *che ſcripſe ſul Tullio*, quem quidem ego apud *Mazzuchellium* non reperio. Deficit Exemplar noſtrum in verbis: *Perche niuna coſa e, che prima l'arte che la* — —, et hic defectus ſimul initium ſequentis Opuſculi abſtulit; ſequitur enim

Fol. 33. ἀκεφαλως *ho queſto ſegno che ſe egli me offende, non meno lo amo* &c. Sed paullo poſt Rubrica: *Come lhuomo ſi debbe riputare*